Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



92

ut audierent eum & sanarentur a languoribus suis & qui uexa
bantur a spiritibus immundis curabantur. & omnes turba
quaerebat eum tangere quia uirtus de illo egrediebat & sanabat
omnes & ipse eleuatis oculis in discipulos dicebat. Beati pauperes quia uestrum est regnum dei & ceterae. hic potest intellegi
eum in monte duodecim discipulos elegisse ex pluribus quos apostolos nominauit quod matheus praetermisit. Tunc illum habuisse sermonem quae matheus interposuit & lucas tacuit
hoc est in monte. Adeinde cum discendisset in loco campestri
habuisse alterum similem de quo matheus tacuit lucas non
tacuit utrumque sermonem eodem modo esse conclusum.
Quod autem matheus istos sermones terminatos sequitur & dicit.
Et factum est cum consummasset ihs uerba haec miirabantur turbae.
sup doctrina eius potest uidere discipulorum turbas dixisse
ex quib; illos duodecim elegerat. quos uero uocauit. Cum autem
discendisset de monte sequtae sunt eum turbae multae. & ecce
leprosus ueniens adorabat eum. potest intellegi postutrumque
sermonem factum fuisse non solum quem matheus uerum
etiam quae lucas interponit. neque enim apparet post dis
censionem de monte quantum temporis fuerit interpositum.
sed hoc solum uoluit significare matheus post illam discensionem
multas turbas fuisse cum dno quando leprosum mundauit non
quantum temporis inter fuerit praesertim cum eundem
leprosum. lucas iam incuitate posito dno dicatesse mun
datum. quod matheus dicere non curauit. Quamquam etiam
illud possit accidere ut aliqua excelsiore parte montis
prime cum solis discipulis fuisset dnm quando ex eis illos
duodecim elegit. Deinde cum eis discendisse non de
monte sed de ipsa montis celsitudinem in campestrem
locum. Idest in aliquam aequalitatem quae in la
tere montis erat & multas turbas capere potest
atque ibi stetisse donec ad eum turbae congregarentur